

Electionem decernit invalidam, cum contra ejusdem Concilii formam in Electione peccatur, non debet ad contemptum & ad alia, que non sunt de forma referri. Unde quod ibi dicitur, quod aliter Electio celebrata non valeat, ea respicit tantum, que attentantur contra formam Concilii memorati, non autem alia, que ponuntur ibidem; sicut est istud quod presentibus omnibus, qui debent, volunt, & possunt commodè interesse, haberi debeat in Electione processus, ne cetera, que super hoc alibi statuta noscuntur, uno verbo videantur everti. Neque enim h credendum est Romanum Pontificem (qui Jura tuetur) quod alias excogitatum est multis vigiliis & inventum, uno verbo subvertere voluisse. Nos ergo qua hinc inde fuere proposita plenius intellectis (cum ex Lateranensi Concilio in ordinationibus Ecclesiarum major & sanior pars Capituli exigatur, & statum generalis Concilii contineat inter cetera, ut si eligatur, in quem omnes vel major & sanior pars consentit) Electionem dicti R. non personam, sed potius Electionis vitio, (cum major & sanior pars non consentiret in eundem) de Fratrum nostrorum consilio duximus sententiam irritandam.

PITH. 55 Cathalan. Calat. Electionem.] Vincent. 29. 68.

LVIII. IDEM GREGORIUS IX. [c. an. 1229. Romæ.] Publicato scrutinio, non possunt Electores variare, sed compelli debent ad collationem & Electionem. Publicato scrutinio, variare nequeunt Electores; cum sit faciendi collatio, & Electio celebranda. Ad quod per Superiorem, si oportuerit, compellantur.

LIX. IDEM. [c. an. 1229. ibid.] Cassata Electionis propter simoniam, etiam sine culpa Electi, non dispensat Episcopus ea vice cum Cassato: secus si Electus liberè resignavit. H. d. secundum intellectum Glossæ. ij. in fin.

SI alicujus Electionem propter simoniam, eo ignorante ac ratum non habente, commissam contigerit reprobari; cum eo super Prælatione, ad quam taliter fuerat electus, illa vice non potest Episcopus dispensare. Quamvis circa eum, qui ignoranter recipit simplex Beneficium per simoniam pravitatem, post liberam resignationem Episcopi dispensatio toleretur.

LX. IDEM. [c. an. 1229. ibid.] Electoribus impeditis currit tempus, si possunt impedimentum tollere. His, quibus interdicitur ut abque Superioris licentia eligere non præsumant, tempus statutum à Canone currit, ex quo in mora fuerit licentiam hujusmodi postulandi.

DE TRANSLATIONE EPISCOPI.

TITULUS VII.

I. INNOCENTIUS III. Antiocheno Patriarcha, qui confirmatum in Archiepiscopatum transfert ad Sedem Episcopalem, ab Episcoporum confirmatione suspenditur. Joan. And.

CUM ex illo generali privilegio, quod beato Petro & per eum Ecclesie Romanæ Dominus noster indulget, Canonica postmodum manerint instituta contentia majores Ecclesie causas ad Sedem Apostolicam & perferendas, ac per hoc translationes Episcoporum & Sedium pertinentes, ad summum Apostolicæ Sedis Antistitem de Jure debeant immutari; miramur quod L. Apamen. Electum in Tripolitana Ecclesia transfuisset; & novo quodam mutationis genere parvificasti majorem, & magnum quodammodo minorasti episcopare Archiepiscopum, imò potius dearchiepiscopare præsumens. Licet enim dictus L. nondum fuisset in Archiepiscopum consecratus, confirmationis tamen munus receperat, & Archiepiscopalia (quamvis licet) ministrat; sicut nobis ipsius relatione innouit, qui se Valien. Episcopum asseruit confirmasse. Ne igitur perpetrandi similia ceteris audacia tribuatur, te ab Episcoporum confirmatione duximus suspendendum.

PITH. Innocentius III.] Baleus, Naclerus, Platina, Julio tribuunt. Cui ex illo.] Tyrius II. 28. Cent. 12. 1026. Frising. 7. 33. Balsam. tit. 1. c. 26. c. 15. Nicen. Synod. c. mutationes VII. q. 1. Ivo epist. 171. & in Decret. part. 5. c. 183. & 186. Innocent. III. in epist. Socrat. lib. 7. c. 36. Cedrenus 369. Hiltor. Miscellan. lib. 20. Valien.] al. Sevalinell.

II. IDEM Decano & Capitulo Andegavensi. Electos in Episcopos & Confirmatos transferre potest solus Papa.

Inter corporalia & spiritualia eam cognovimus esse differentiam, quod corporalia facilius destruantur, quam spiritualia verò facilius construantur, quam destruantur. Unde juxta Canonicas sanctiones Episcopus

h al. Nec enim. Vide S. quorum, Instit. in proam. Et in auth. ut iudic. sine quo, suff. k Vide l. nihil, S. sicut filius, ff. de inoffic. testam. l. Vide l. eum qui ita, S. fm. cum Gloss. magna, & ibi Bart. D. de verb. oblig. In quibusdam antiquis: De Translatione Episcoporum, vel Electi. Anac. Papa epistolâ r. pulchre Melchior Canus lib. 1. c. 4. de loc. Theol. d. Apamen. in manuscrip. e Vide l. 1. C. ad leg. Jul. repet. Et Infit. de except. S. hodie. f Cap. 2. eod. tit. in III. Compil. g Dicitio esse in manuscrip. non est in textu, sed expositio erat, que in textum irrepsit.

solus honorem dare potest, solus auferre non potest. Episcopi quoque à Metropolitanis suis munus consecrationis accipiunt, qui tamen non possunt, nisi per Romanum Pontificem, condemnari. Cum ergo fortius sit spirituale vinculum, quam carnale; dubitari non debet quin omnipotens Deus spirituale conjugium, quod est inter Episcopum & Ecclesiam, suo tantum iudicio reservaverit dissolvendum, qui dissolutionem h etiam carnalis conjugii, quod est inter virum & feminam, suo tantum iudicio reservavit, præsertim in 4. art. 1. ut quos Deus conjunxit, homo non separet. Non enim Humana, sed potius Divina potestate conjugium ipsi rituale dissolvitur, cum per Translationem, Depositionem, aut Cessionem auctoritate Romani Pontificis (quem constat esse Vicarium Jesu Christi) Episcopus ab Ecclesia remouetur: & ideò tria hæc que præmissa, non tam constitutione Canonica, quam institutione Divina soli sunt Romano Pontifici reservata. Sicut enim Episcopus consecratus, sine licentia Romani Pontificis suam non debet Ecclesiam relinquere, sic & Electus confirmatus: cum non debeat in dubium revocari, quin post Electionem & Confirmationem canonicam, inter personas Eligentium & Electi conjugium sit spirituale contractum, cui profectò Episcopalis Dignitas nihil addit; cum quis Episcopali prædicit dignitate, nullus tamen Ecclesie possit esse Episcopus: quemadmodum de illo contingit, qui oneri Pontificali renunciat, non honoris. Unde cum non sit majus vinculum Episcopi ad Ecclesiam, quam Electi, maxime cum fuerit confirmatus, imò idem penitus & non aliud; idem juris obtinet in utroque. Sicut ergo Episcopus Translatio, Depositio, & Cessio; sic & Electorum post confirmationem (spiritualis ratione conjugii) soli est Romano Pontifici reservata: licet usque ad tempora Episcopalis, quod cautum fuerat de Episcopis, expressum non fuerat de Electis; propter expressam tamen similitudinem, vel identitatem potius nemini poterat videri dubium subtiliter inventi: cum de similibus idem iudicium sit habendum.

§. 1. Sed neque illud, quod in Canone legitur de Electo, ut si ultra sex mentes per suam negligentiam retinuerit Ecclesiam viduam, nec ibi nec alibi donum consecrationis accipiat, imò Metropolitanus sui cedat iudicio, aliter intelligentibus poterat suffragari: cum non intelligatur Ecclesia viduata, quasi sponsum non habeat, sed quia sponsus ejus nondum sit consecratus; adhuc quoad quædam quasi viri maneat solatio desituta; sicut juxta communem modum loquendi illa dicitur Ecclesia viduata, que licet Episcopum habeat, inutilem tamen perhibetur habere. Nec quod de Cessione subsequitur, & statutum fuit ad pœnam, trahi debet ad gratiam: ut sicut Metropolitanus iudicio Electus dejectus, ita etiam ad aliam Ecclesiam possit transferri, præsertim cum nec sine auctoritate Romani Pontificis fiat cessio vel dejectio memorata: qui ut hæc possent, ex illo Canone Metropolitanis indulgit. Unde si circa Translationem idem fieri voluisset, quod de Cessione dixerat, & de illo Canone Metropolitanis indulgit. Unde si circa Translationem idem fieri voluisset, quod de Cessione dixerat, & de

§. 2. Sanè quoniam Turon. Archiepiscopus Electum Abricem, per Metropolitanum suum confirmatum, in Ecclesiam vestram præter auctoritatem Sedis Apostolicæ transferre præsumpsit, & in Episcopum consecrare, quem Roto magentis Archiepiscopus citra mandatum nostrum absolvit, & ei licentiam tribuit transeundi; prædictos Archiepiscopos ab consecratione & confirmatione Pontificum, Episcopum verò ab executione Pontificali officii, Bituricensis Archiepiscopus juxta Mandati nostri tenorem suspendit. Et quamvis idem Archiepiscopi tanquam majores plus excederint in præmissis, præfatus verò Episcopus minus (urpote illorum tantum) quam majorum errorem securus nos tamen intellecta eorum confessione spontanea, & supplicatione devota, veniam errori dedimus; quia non ex malignitate, sed ex simplicitate peccaverunt. Et quoniam præfatus Episcopus, qui minus peccaverat, severius fuerat castigatus; reatum suum recognoscens humiliter & devotè, ac misericordiam postulans, & iudicium non requirens: Nos intuentes, quod licet sibi munus consecrationis impensum, nec prioris Ecclesie ipsi Pontificem fecerit, nec secundæ; cum ad primam non fuerit consecratus, & ad secundam (priori vinculo perdurante) non potuerit canonicè consecrari, adhuc conjugialiter alteri alligatus; ei tam à vinculo prioris Ecclesie, quam à pœna suspensionis penitus absoluto, de benigntate Sedis Apostolicæ duximus concedendum, ut priori consensu hæcenus perdurante, Andegavensem Ecclesiam studeat gubernare.

PITH. Inter corporalia.] Amplior est lib. 1. epistol. Imoc. III. pag. 354. De Electo.] 2. mf. confirmato. Dantur tantum tres ad consecrationem, distincti. 100. can. 1. Abricem.] Abricensem, pag. 288. epist. Imoc.

III. IDEM Bambergensi Episcopo, & Petro Scholastico Maguntinen. [an. 1198. Spoletum in Germaniam.] Episcopus qui propria auctoritate de sua Ecclesia se transfert ad aliam, carebit utraque.

Quantò personam Hildefemem. Episcopi [Et infra a.] Ipse verò relicta Hildefemem. Ecclesia, ad Herbipolen.

h Vide Dom. Sotum in 4. sent. dist. 27. art. 4. Vide cap. quomodo, de elect. lib. 6. Et cap. ut dicitur, ad fin. de appellat. aliis ita: quoad Ecclesiam. Vide text. in 1. cons. C. de elec. l. si quis in suo, C. de inoff. test. k Vide cap. punitum, S. pen. ff. de pan. Et l. si quis in suo, C. de inoff. test. m Vide text. in 1. cons. C. de elec. l. si quis in suo, C. de inoff. test. n Usus. Vide l. librorum, S. quod tamen, ff. de leg. 3. Et l. ferri, præsertim cum nec sine auctoritate Romani Pontificis fiat cessio vel dejectio memorata: qui ut hæc possent, ex illo Canone Metropolitanis indulgit. Unde si circa Translationem idem fieri voluisset, quod de Cessione dixerat, & de

h al. Nec enim. Vide S. quorum, Instit. in proam. Et in auth. ut iudic. sine quo, suff. k Vide l. nihil, S. sicut filius, ff. de inoffic. testam. l. Vide l. eum qui ita, S. fm. cum Gloss. magna, & ibi Bart. D. de verb. oblig. In quibusdam antiquis: De Translatione Episcoporum, vel Electi. Anac. Papa epistolâ r. pulchre Melchior Canus lib. 1. c. 4. de loc. Theol. d. Apamen. in manuscrip. e Vide l. 1. C. ad leg. Jul. repet. Et Infit. de except. S. hodie. f Cap. 2. eod. tit. in III. Compil. g Dicitio esse in manuscrip. non est in textu, sed expositio erat, que in textum irrepsit.

Matth. 19. al. præbuit. Vide l. capitulum, S. pen. ff. de pan. Et l. si quis in suo, C. de inoff. test.

Ecclesiam auctoritate se propria transfuit: non attendens quod Veritas in Evangelio protestatur: Quos Deus conjunxit, homo non separet. Potestatem transferendi Pontificis, ita sibi retinuit Dominus & Magister, quod soli beato Petro Vicario suo, & per ipsum Successoribus suis speciali privilegio tribuit, & concessit: sicut testatur Antiquitas, cui decreta Patrum sanxerunt reverentiam exhibendam, & evidenter asserunt sacrorum Canonum sanctiones. Non enim homo, sed Deus separet, quos Romanus Pontifex (qui non puri hominis, sed veri Dei vicem gerit in Terris) Ecclesiarum necessitate vel utilitate pensata, non Humana sed Divina potius auctoritate dissolvit. [Et infra 8.] Ne autem facti pervertitas transeat præsumptibus in exemplum, (quod quidem, si verum est, non potest non esse notorium) sibi præcipimus ut administrationem Herbipolen. Ecclesie penitus derelinquat. [Et infra 7.] Ceterum quoniam Herbipolen. Ecclesie Canonici vota sua in ipsum prorsus illicite contulerunt; volentes (sicut dignum est) ut in eo puniantur, in quo peccaverunt, eligendi eos hac vice suspendimus potestate: [Et infra 8.] Quia verò Hildefemem. Ecclesiam, qui fuerat alligatus, unde secundum Apostolum solutionem querere non debebat, nimis improbe dereliquit: ne ad ipsam redeat ulterius, districtius prohibemus; cum secundum traditiones Canonicas, qui ad majorem se plebem transferant, à Cathedra repelli debeat aliena, & carere propria: ut nec illis prebeat, quos per superbiam prevert; nec illis, quos per avaritiam concupivit.

Leo Papa I. epist. 82. c. 8. Adde Conc. Sardic. can. 1. ubi dicitur ne quis de uno Episcopatu ad alium transferatur. Concord. vii. q. 1. ff. quis. Nones autem tante præsumptionis audaciam relinqueret impunitam; cum secundum Apostolum, omnem inobedientiam prompti sumus ulticiji. Si vero, quod non creditur, hæc suspensionem nostram non curaverit humiliter observare, & inhibita sibi usurpare præsumpsit; excommunicationis vinculo ipsum deoratus innotatum. Omnibus etiam tam Clericis, quam Laicis Herbipolen. diocesis sub anathematis interminatione præcipimus, ut non obstant juramento fidelitatis, omnem ipsi obedientiam subtrahant, quam ipsi sibi contra sacros Canones usurparunt, non attendens quod dicit Apostolus: Nemo sibi assumat honorem, sed qui vocatur à Deo, tanquam Aaron.

Et si contra Sedis Apostolicæ interdictum ad cuiusquam nominationem processerit, quod ab eis factum fuerit, irritum deinceps sit. PITH. Scholastico.] Ita quoad pag. 507. 509. 581. epist. Imoc. 362. Chron. Slav. 193. Crant. Metr. 7. 9. 19. 179. Centur. 13. 1063. Utperg. 112. Quanto.] Albertus Crantius lib. 6. 7. Metropol. cap. 9. Et cap. 17. & Leo apud Ivonem part. 5. cap. 103.

IV. IDEM Ivonem Episcopo & Scholastico Maguntinen. [an. 1199. Romæ in Germaniam.] Solus Papa transfert Episcopos, & indulgentia per eum super tali translatione concessa, ad literam servanda est.

Icè tantum: [Et infra 8.] Sicut legitimum matrimonium vinculum, quod est inter virum & uxorem, homo dissolvere nequit, Dominus dicente in Evangelio: Quos Deus conjunxit, homo non separet: sic & spirituale fœdus conjugii, quod est inter Episcopum & Ecclesiam, quod in Electione initiatum, ratum in Confirmatione, & in Consecratione intelligitur consummatum, sine illius auctoritate solvi non potest, qui successor est Petri, & vicarius Jesu Christi. Hoc autem C. quondam Hildefemem. Episcopus non attendens, ad Herbipolen. Ecclesiam propria temeritate transfuit: [Et infra 8.] Nec illa Prædecessoris nostri indulgentia præsumptionem excusat ipsius, fed ambitionem accusat; cum in ea sit expressum, quod si ad majorem vocaretur forsitan Dignitatem, eam sibi liceret assumere, dum tamen nihil ei de statutis Canonicis obviaret. Unde licet forsitan aliquibus videatur, ut indulgentia occasione ipsius ad Dignitatem possit transire majorem, ad parem tamen ipsi transire non licuit: cum in majori Dignitate propter majorem utilitatem facilius solet dispensari. Præterea cum Postulatio sicut & Electio examinarum solet diligenter, & tenor illius indulgentia non solum videatur Postulationis examinationem, sed persone etiam referare, subiungens (dummodo nihil de Canonicis obviet Institutis) antequam per eum Postulario examinata fuisset, qui fuerat faciendâ; nulla ratione debeatur transire.

Quædam verò sibi Sedes Apostolica quodammodo specialiter & singulariter reservavit, ut præter specialem auctoritatem ipsius nec jure agi debeant, nec attentari valeant cum effectu. In his autem specialiter Translationes Episcoporum adeo non tam constitutio Canonica, quam Divina ejus tantum potestati commisit, ut [Et administrationis ejus se ingerens, Herbipolensem se fecit Episcopum nominari. Et infra.] Crantius lib. 7. cap. 9. Fulbert.

h al. Nec enim. Vide S. quorum, Instit. in proam. Et in auth. ut iudic. sine quo, suff. k Vide l. nihil, S. sicut filius, ff. de inoffic. testam. l. Vide l. eum qui ita, S. fm. cum Gloss. magna, & ibi Bart. D. de verb. oblig. In quibusdam antiquis: De Translatione Episcoporum, vel Electi. Anac. Papa epistolâ r. pulchre Melchior Canus lib. 1. c. 4. de loc. Theol. d. Apamen. in manuscrip. e Vide l. 1. C. ad leg. Jul. repet. Et Infit. de except. S. hodie. f Cap. 2. eod. tit. in III. Compil. g Dicitio esse in manuscrip. non est in textu, sed expositio erat, que in textum irrepsit.

cap. 30. Ivo epist. 52. 239. can. contra, dist. 100. c. 4. de elect. c. penult. de præsumpt.

DE AUTORITATE ET USU PALLII. TITULUS VIII.

I. CLEMENS III. [c. an. 1189. Romæ.] Infra quamlibet Ecclesiam provincie sue Archiepiscopus Pallio uti potest: sed extra, non potest.

CUM super aliqua re: Et infra. Quævisi quomodo intelligatur, quod in forma traditionis Pallii continetur, videlicet, (tradimus tibi Pallium, ut eo infra Ecclesiam tuam utaris.) Quod ita intelligitur, videlicet infra quamlibet Ecclesiam provincie tibi commissæ. Si verò te facris indutum vestibus Ecclesiam processionaliter, vel alio modo exire contigerit; tunc Pallio minime uti debes.

PITH. Cum super.] Vide lib. 1. Cerevnon. Sacr. & in Registr. Greg. cap. 23. de privileg. Albert. Staden. 195. Crantius 7. Metropol. 3. 171. de Vit. Episc. Uplai. 41. Tyrius 13. 23. Et 14. 11. Epist. Innoc. pag. 243. Neubrig. 365. Hæc est formula ex lib. Hierosolym. Ad honorem Dei Omnipotentis, & beate Mariæ Virginis, & beatorum Apostolorum Petri & Pauli, & Domini PP. Innocentii, & Romane Ecclesie, necnon Ecclesie tibi commissæ, tradimus tibi Pallium de corpore beati Petri sumptum in plenitudine scilicet Pontificali officii, ut utaris eo infra Ecclesiam tuam certis diebus, qui exprimentur in privilegii Ecclesie tue ab Apostolica Sede concessis.

II. CELESTINUS III. [c. an. 1194. ibid.] Archiepiscopus alteri Archiepiscopo Pallium suum accomodare non potest.

AD hoc quia quæsitum est à nobis ex parte tua, utrum liceat tibi Pallium tuum Metropolitanano alii commodare, [Et infra 8.] Inquisitioni tue taliter respondemus, quod non videtur esse conveniens, ut Pallium tuum alicui commodes: cum Pallium personam non transeat, fed quilibet cum eo debeat (sicut tua novit Discretio) sepeliri.

Si contigerit ipsum sine Pallio suo ad Ecclesiam tibi commissam in aliqua præcipua Solemnitate venire, & in eadem Ecclesia Missarum solennia celebrare: licet exinde non non recolamus expressum Canonem invenisse; super hoc tamen.

III. INNOCENTIUS III. C. Presbytero Cardinali Apostolicæ Sedis Legato. [c. an. 1202. Romæ in Siciliam.] Per Pallium confertur plenitudo Pontificali officii, & nomen Archiepiscopale.

NI specialis dilectio illa: Et infra. Sanè si Postulatio Trojani Episcopi ad Panormitanam Ecclesiam fuisset per nos etiam approbata, non tamen deberet se Archiepiscopum appellare priusquam à nobis Pallium suscepisset in quo Pontificali officii plenitudo cum Archiepiscopalis nominis appellatione confertur. Tu ergo quod factum est, sic studeas palliare, ut id in consuetudinem tuam, & Sedis Apostolicæ approbationem non redundet. Quoniam si oporteat ut nos, vel tu, ex hoc negotio confundamur; eligemus potius te confundi, quam lædamus Sedis Apostolicæ dignitatem.

PITH. Cardinali.] Tituli Sancti Laurentii Presbytero. Trojani Episcopi.] Regni Sicilia Cancellarii. Farrell. 468. Falrand. 123. 132. 189. Palliare.] Dissimulare & fingere, cap. 3. de cognat. spirit. cap. 6. de cognat. Et affinit.

IV. IDEM. [c. an. 1202. Romæ.] Romanus Pontifex semper & ubique utitur Pallio, alii in Ecclesiis suis, & certis diebus tantum.

AD honorem Dei: Et infra. Sanè solus Romanus Pontifex in Missarum solenniis Pallio temper utitur, & ubique: quoniam assumptus est in plenitudinem Ecclesiasticæ potestatis, que per Pallium significatur. Alii autem eo nec semper, nec ubique; sed in Ecclesia sua, in qua jurisdictionem Ecclesiasticam acceperunt, certis debent uti diebus. Quoniam vocati sunt in partem sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis.

PITH. Ad honorem.] Floard. 108. V. IDEM Compostellano Archiepiscopo. [c. an. 1203. Romæ in Hispaniam.] Archiepiscopus extra suam provinciam Pallio uti non potest, etiam si hoc habeat consuetudo.

EX tuarum tenore litterarum accepimus, quod cum fuerit in concessione Pallii tibi dictum, (ut ipso infra Ecclesiam tuam utaris;) & tibi pro Ecclesie tue negotiis frequenter extra tuam provinciam commorantur, verendum sit abque Pallio ministrare: (cum consuetudo sit in Hispania generalis, quod Archiepiscopi extra suas provincias, Pallio indifferenter utantur) ut extra tuam provinciam uti Pallio valeas, indulgeri tibi à Sede Apostolica postulasti. Licet autem talis consuetudo dicenda sit potius corruptela; nos tamen

h al. Nec enim. Vide S. quorum, Instit. in proam. Et in auth. ut iudic. sine quo, suff. k Vide l. nihil, S. sicut filius, ff. de inoffic. testam. l. Vide l. eum qui ita, S. fm. cum Gloss. magna, & ibi Bart. D. de verb. oblig. In quibusdam antiquis: De Translatione Episcoporum, vel Electi. Anac. Papa epistolâ r. pulchre Melchior Canus lib. 1. c. 4. de loc. Theol. d. Apamen. in manuscrip. e Vide l. 1. C. ad leg. Jul. repet. Et Infit. de except. S. hodie. f Cap. 2. eod. tit. in III. Compil. g Dicitio esse in manuscrip. non est in textu, sed expositio erat, que in textum irrepsit.